

## Canones.

2. Bonum principale dicitur id, quod hominis finem principaliter spectat, quod a deo in fine hominem perficit.

i. Felicitas seu bonum hominis est vel principale, vel minus principale vel instrumentarium.

3. Bonum porro principale iterum est vel absolute et simpliciter summum, vel restrictum et dicitur quod summum.

4. Bonum simpliciter et absolute summum terminatio cum deo. Et hoc proprie et homogenee tractatur in theologia. Ideoque est hoc deus possidens, quod sunt in mundo, nondum tamen simpliciter et absolute beatus est, quia nempe restat adhuc quoddam majus et ulterius, quod appetat.

5. Quia autem hoc bonum absolute summum, tantum incipit in hac vita et in altera demum vita confirmatur, ideo non est finis proprius ethicae, utpote quae praecipua praescribit superis spectantis et civilis vitae.

6. Finis igitur ethica est summum bonum et beatitudo restricta, quae pertinet ad hanc vitam et civilem felicitatem hominis.